



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Speculum Approbandorum Bipartitum**

**Unczovsky, Marianus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1693**

Quæstio XXXIV. In qua de Effectibus Excommun.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37308**

## QUÆSTIO XXXIV.

*In qua de Effectibus Excommunicationis.*

*Vicar.* **C**oncludo ex antè dictis te-  
liqualem habere notitiam  
effectuum specificatæ Censuræ, quæ  
verò occurrunt quædam particularia  
adhuc proponenda circa illa quibus  
privat Excommunicatio, idcirco pri-  
mò quæro an Excommunicatus eui pro-  
hibita est Sacramentorum receptio,  
ultrà peccatum mortale incurrat ali-  
quam pœnam Ecclesiasticam recipi-  
endo?

*S.* Suscipiendo Sacramentum Ordinis  
in Excommunicatione incurrit suspen-  
sionem à susceptis Ordinibus, quod  
autem Excommunicato denunciato ce-  
lebranti vel actum ordinis exercenti  
sit adjecta pœna irregularitatis, patens  
est; & quid ultrà in hac materia resolu-  
endum? consulendi sunt *Canonis*:  
*V.* Non negabis Excommunicatum de-  
nunciatum in aliquibus casibus licite

pol-

posse administrare aliqua Sacramenta.  
S. Concedo posse ministrare Sacramē-  
tum necessitatis, ut Baptismum, quan-  
do infans baptizandus est in periculo  
mortis, nec adest alius Minister ido-  
neus.

V. Etiam nē Sacramentum Pœnitentiæ?  
S. Etiam in articulo mortis, extra quem  
tamen non conferret validè, nisi (*con-  
formiter ad alibi dicta*) in casu, quo Pœ-  
nitens bonâ fide accederet, credens  
eum esse legitimum, eò quòd publicè  
habeatur pro tali &c.

V. Quæ hujus invaliditatis ratio?  
S. Hæc quia ad ministrandum Sacram-  
entum Pœnitentiæ non sufficit sola potestas, Or-  
dinis, sed requiritur etiam Jurisdictio,  
quæ ab Ecclesia aufertur per Censu-  
ram Excommunicato.

V. Tribuit nē Ecclesia jurisdictionem  
Ministro Excommunicato in articulo  
mortis etiam in ordine ad absolven-  
dum Hæreticos relapsos?

S. Etiam quoad hos, facultas enim  
pro

pro illo tempore est universalissima

*V.* Expressisti invaliditatem Sacrament

Pœnitent: Excommunicato illud ex

tra articul: mortis conferente, posset

né quoq; accidere in Excommunicato

illud petere à Ministro non impedito?

*S.* Posset: si malâ fide sciens se esse ex

communicatum, & absq; necessitate

postularet priùs Sacramentaliter à pec

catis absolvi quàm ab Excommunicato

tione, tunc enim & defectum debite

dispositionis in Pœnitente saltèm in

directè invalida esset absolutio, secus

autem dicendum est, si id contingat

bonâ fide, in casu necessitatis vel ig

norantiæ inculpabilis &c.

*V.* Dixisti Excommunicatum denun

ciatum celebrantem fieri irregularem,

etiam né hanc pœnam incurreret Miss

sam audiendo?

*S.* Non: (estò graviter peccaret) sic

pariter sentiò de celebrante coram

Excommunicato denunciato.

*V.* Videtur Excommunicatus vitandus

ex sua malitia reportare commodum  
siquidem ad recitandum divinum offi-  
cium seu horas Canonicas non est ob-  
ligatus.

S. Tollit obligationem prohibitio Ec-  
clesiæ recitandi *publicè & solemniter*, ac  
cum alijs in Ecclesia & alibi; cum hoc  
tamen præcipitur, ut Excommunicatus  
recitet horas Canonicas: *privatim &*  
ut loco *Dominus vobiscum* dicat ly *Do-*  
*mine exaudi orationem meam*, quia ver-  
bum illud antecedens non est privata  
sed publicæ Personæ, (quod à multis  
notatur) an autem Excommunicatus  
denunciatus solemniter cum alijs in Ec-  
clesia officium Divinum recitans fiat  
irregularis? *Vi: Canonist.*

V. Sed quid faciendum quando Excom-  
municatus est præsens & Divinum Of-  
ficium aut Missa celebratur?

S. Juxtà communem *Sentent.* primò est  
monendus ut exeat, quòd si exire nol-  
let etiam vi esset ejiciendus, si deniq;  
nec taliter expelli posset, cessandum  
erit.

erit à Divino officio aut Missa inchoata (nisi fortè Sacerdòs jam ad Consecrationem devenisset) tunc namq; ceterò Populus exire teneatur, celebrans tamen Missam continuare debet usq; ad summationem.

*V.* Omissis reliquis?

*S.* Si Excommunicatus adhuc presens fuerit, poterit reliqua dicere in alio loco Secreto; & hinc etiam patet Excommunicatum non toleratum quoad dñi vinculo Excommunicat: ligatus tenet, nec est in mora culpabili, nec subjacere obligationi Missam audire di &c.

*V.* Quid si eodem tempore plures Missæ in eadem Ecclesia simul legantur possent Petrus uni earum interesse, videns Paulum Excommunicatum & denunciatum circa Consecrationem alteram audientem.

*S.* Respondet *S. Cyr.* quòd possent propterea, quia tunc non censeretur cum illo communicare, sicuti non com-

nicat cum Excommunicato, qui simul  
cum ipso in platea ad Salutationem  
Angelicam audito pulsu orat.

¶ Suppono tamen quod sic Censurati  
Conciones audire possint?

S. Has, utpote ad eorum Conversio-  
nem ordinatas permittuntur audire.

¶ Quibus ultra privat Excommunicatio.

S. Privat fructu *Orationum*, *suffragio-  
rum*, & *indulgentiarum* adeoq; pro Ex-  
communicatis publicé orare aut sacri-  
ficare non licet, nihilq; eis prodest.

¶ Proderunt forté Excommunicato jam  
contrito suffragia?

S. Affirmat *Navarrus*, & inquit: quod  
non videatur probabile Ecclesiam vel-  
le privare suis suffragijs membrum sibi  
charitate conjunctum: sed *Soto*, *Hugol*,  
*Filliuc*. & alij Sacris Canonibus magis  
conforme putant contrarium: Cano-  
nes enim excommunicatum quousque  
non absolvatur eodem modo privant  
suffragijs, sicut participatione Sacra-  
mentorum & convictu Fidelium, his

alle

autem privatur Excommunicatus et  
 amfi sit in gratia quousq; non absol-  
 tur *igitur &c.* præterquam quòd pena  
 juridicè ac publicè lata, juridicè quòd  
 & publicè debeat tolli, adeoq; pena  
 privans suffragijs manet donec per ab-  
 solutionem tollatur; cum quo tamen  
 observo quòd preces privatæ pro Ex-  
 communicatis fundi possint, quia hoc  
 non prohibet Ecclesiæ.

*V.* Certum est Excommunicatum esse  
*inhabilem ad Beneficia Ecclesiastica*, quæ  
 autem hujus inhabilitatis est ratio.

*S.* Sequens: quia Ecclesiasticum Bene-  
 ficium datur propter officium, atque  
 Excommunicatus est incapax Officij  
 ergo & Beneficij.

*V.* Judico tuum responsum intelligen-  
 dum esse de Beneficijs obtentis duran-  
 te Censurâ seu in statu Excommunica-  
 tionis, non autem de receptis ante  
 illam.

*S.* Ità est: sed an à tempore quo illam  
 incurrit possit uti fructibus Beneficij,

quidam (inter quos *Fillius*.) negant; alij autem distinguunt, dicentes non privari ipso jure, sed per Sententiam esse privandum.

*V.* Collatio ergo Beneficij facta Excommunicato Nulla est.

*S.* Nulla; & conferens scienter tali Beneficium, ultra peccatum mortale incurrit pœnam Suspensionis à Beneficiorum collatione, is verò cui conferatur post absolutionem ab Excommunicatione denuò collationem petere debet.

*V.* Dices utiq; quòd Excommunicatus recipiens Beneficium in Excommunicatione, non possit illud retinere, etiam postquam ab Excommunicatione absolvitur, nisi cum eo fuerit dispensatum ab Episcopo, vel eo qui potestatem habet.

*S.* Dico, & adjicio Excommunicatum utpote hominum communione privatum non solum inhabilem esse ad omnes dignitates Ecclesiasticas, sed etiam saeculares. *Bb* *V.* Igi-

U. Igitur Privatio Jurisdictionis Ecclesiasticae & saecularis etiam est effectus Excommunicationis.

S. In hoc conveniunt omnes; unde acta ab Excommunicato denunciata sunt omnino invalida, & Sententia ab ipso lata est nulla.

U. Etiam Excommunicatus occultus & toleratus est eadem Jurisdictione privatus.

S. Non: hinc actus illius quos requiritur & in favorem aliorum, seu propter bonum commune exercet, valere exercentur, cum tali namque licitum est Fidelibus communicare & consequenter petere quae ad se spectant, atque à Jurisdictione Excommunicati tolerati pendunt imò acta per excommunicatum non toleratum sed occultum ob ante dictum finem valere permittuntur. An autem Excommunicatus non toleratus Testamentum licite condere possit vel an factum valeat? *consultantur à Canonicis.*

U. Peto mihi exprimi à quo tempore in Lege Evangelica coeperit Obligatio vitandi Excommunicatum? S. A

S. A tempore Apostolorum, à quibus primò fuit executioni mandata, ut cõstat 1. Corinth. cap. 5. ubi Apostol. monet Corinthios nè commisceantur illi incestuoso à se excommunicato, & ad Timot. c. 3. habet *Hereticum evita*, & ad Tessalo. c. 3. inquit: *Si quis non obdierit verbo nostro &c.* quæ omnia fundantur in verbis CHRISTI Matth. 18. *Si Ecclesiam non audierit &c.*

U. Nonne Jure antiquo quilibet Excommunicatus etiam non denunciatus vitandus erat?

S. Sic lego apud *Canon.* jure tamen novo juxtà decreta Concilij Constantiensis: solùm vitandus est Excommunicatus denunciatus (& Notorius Clerici percussor absque ulla denuntiatione.)

U. Respicendo communionem Civilem seu Politicam quâ pariter privat Excommunicatio noti erunt tibi casus in quibus regulariter Excommunicatus denunciatus est vitandus.

Bb 2

S. Non

S. Non licet communicare civiliter cum Excommunicatis non toleratis in casib<sup>9</sup> quos exhibet sequens versicul<sup>9</sup>:

*Os, orare, vale, comunio, Mensa negatur*

Per ly *os* intelligitur prohibitum Osculum pacis, locutio Oris, item locutio per Scripturam per Nuncium &c. per ly *orare* intelligitur prohibita participatio in Sacramentis, alijsq; publicis Ecclesiae officijs & suffragijs ( prout alibi expressi ) per ly *vale* intelligitur omnis salutatio honorifica, & quovis benevolentiae vel amicitiae signum, per ly *comunio* intelligitur prohibita communicatio humana, ut contractus, Societas vel commercium &c. per ly *mensa* intelligitur omnis convictus, Convivium, vel cohabitatio.

V. Suppono quod si scires per Sacramentalem Confessionem Excommunicatum aliquem esse ex vitandis non propterea illum vitares.

S. Non:

V. Propone etiam aliquos casus in quibus

bus cum Excommunicatis non tolera-  
tis communio Civilis permiffa est.

S. Continentur in fequenti verficulo:

*Utile, Lex, humile, res ignorata neceffe,*  
Per ly *utile* intelligitur poffe quempi-  
am participare cum Excommunicato  
non tolerato, vel ratione Confilij ob-  
tinendi, fi ab alio illud non fperetur,  
vel ratione curandæ infirmitatis, unde  
infirmus potefi vocare Medicum ex-  
communicatum, quando nequit ha-  
bere alium æquè idoneum: item ab  
Excommunicato potefi quis Eleemo-  
fynam petere, debitum exigere, ejus  
operâ uti, nè jacturam bonorum in-  
currat &c. & ratio horum omnium eft,  
quia Excommunicatio non eft lata in  
damnum aliorum, fed ipfius Excom-  
municati tantum. Per ly *Lex* intelli-  
gitur *Lex conjugalis* quæ facit, ut Uxor  
poffit communicare Marito excom-  
municato, & è contrâ, quando Ex-  
communicatio advenit poft contrac-  
tum Matrimonium. Per ly *humile* in-

Bb 3 tel.

tenigitur humilitas subjectionis, tam  
 Filij ergà Parentem, quàm serui ergà  
 Dominum, tam Religiosi ergà Prae-  
 tum, quàm Clerici ergà Episcopum &c.  
 Per ly *res ignorata* intelligitur ignoran-  
 tia probabilis vel *juris*, (ùt quia igno-  
 rat Legem prohibentem communio-  
 nem), vel *facti* (ùt quia ignorat Cen-  
 suram latam vel contractam esse) imò  
 dubitans de alicujus Excommunicati-  
 one, non tenetur eum vitare, nisi cum  
 hoc dubitaret de validitate actùs, ut  
 si quis vellet confiteri ei de quo dubi-  
 tat, an non Censurâ Excommunica-  
 tionis ligatus sit? tunc enim se expo-  
 neret periculo. Per ly *neesse* intelli-  
 gitur tam necessitas ipsius Excommuni-  
 cati (ùt si indigeat sustentatione cor-  
 porali, vel spirituali subsidiò) quàm  
 necessitas aliorum (ùt si indigeant ex-  
 communicati operâ ad necessaria vite  
 obtinenda) &c.

U. Concludo quòd extrâ hos casus pot-  
 ticipans cum Excommunicato peccet

grà

graviter vel leviter, juxta gravitatem  
vel levitatem Causæ.

S. Optimè conclusum; & certum est,  
quòd participans, cum Excommuni-  
cato denunciato in Sacramentis alijs-  
que publicis Ecclesiæ officijs, peccet  
mortaliter; similiter quòd participans  
cum Excommunicato in crimine, ul-  
trà peccatum incurrat etiam Excom-  
municationem majorem, prout con-  
tingeret. Si quispiam v. g. Excommu-  
nicato, propterea quia detinet Uxo-  
rem alterius, præberet Consilium vel  
auxilium nè eam abjiciat seu dimittat:  
U. Quæ demum privatio quam Ex-  
communicatio inducit?

S. Privat etiam Excommunicatio Ec-  
clesiasticâ sepulturâ, nam quibus vi-  
vis non comunicamus, neq; debemus  
communicare defunctis ut habetur c.  
*Sacris de sepult.* Quòd si contrarium fiat,  
locus sacer violatur seu polluitur, ita  
ut aspersione aquæ Benedictæ solenni-  
ter reconciliandus sit, juxta cap. 7. de

consecrat. Eccl. & Altar. nec in eo officia divina peragere, nec alios Fideles ibi sepelire est licitum, donec locus ille fuerit reconciliatus, & ideo corpus exhumari debet, si à ceteris corporibus sepultis discerni possit, alioquin discerni & exhumari non possit, debet relinqui in loco ubi sepultum est, satis que erit locum reconciliari; sepelientes autem scienter tales excommunicationem majorem ipso facto incurunt.

U. Sicnè sentiendum ac discurrendum etiam de Excommunicatis toleratis?

S. Pro hoc videantur *Canonist.*

U. Mihi videtur Excommunicatos toleratos nondum denunciatos, maxime si piè mortuus; fuisse præsumi possit, in loco sacro sepeliri posse, nec per eorum Sepulturam locum Sacrum violari, nec eos qui tales excommunicatos etiam Hæreticos cum signis contritionis seu conversionis decedentes in loco Sacro sepeliunt Excommu-

communicationem latam in Clement. de sepult.  
incurrere.

8. Mihi quoque.

## QUÆSTIO XXXV.

De Excommunicationibus Bullæ Cœnæ.

Vicar. **Q**uot Excommunicationes  
continetur in Bullæ Cœnæ?

S. Viginti.

U. Verumne quod à Casibus hujus Bul-  
læ nullus absolvere possit virtute quo-  
rumcunque Privilegiorum, quarum-  
cunq; facultatum, & quorumcunque  
indultorum.

S. Sic lego apud Dian. p. 7. Tract. 2. re-  
sol. 23. Casper. Bonac. in Bullam Cœnæ,  
qui etiam advertit Disp. 1. q. 3. pun. 1. n.  
14. quod in Generali concessione ab-  
solvendi à casibus Pontifici reservatis,  
non veniant casus in Bullæ Cœnæ con-  
tenti.

U. Recense primos quinq; Casus, aut  
Excommunicationes Bullæ Cœnæ, de  
quibus tecum nunc discurrere volo.

Bb5

S. I°